

LETTRE AUTOGRAPHE

DE

SA SAINTETÉ PIE X

À

M^r L'ARCHEVÊQUE DE MONTREALA L'OCCASION DU XX^e CONGRÈS EUCHARISTIQUE
INTERNATIONAL

(TEXTE LATIN)

Venerabili Fratri

PAULO, archiepiscopo Marianopolitano,
Marianopolim.

PIUS PP. X

Venerabilis Frater,

Salutem et apostolicam benedictionem.



ANADENSIVM catholicorum Conventum ad
cultum sacrosanctæ Eucharistiæ provehen-
dum haud ita pridem Marianopoli habitum
tua tuorumque providentia ita perfectum fuisse
lætatur ut tibi, Venerabilis Frater, atque illis
voluntate omni gratulemur. Mirandum sane fidei
pietatisque popularis spectaculum per eos dies licuit
istic intueri : idemque eo christiano sensu, ea ani-
morum concordia ac propensione editum, ut magnum
religioni publicæ theatrum mœnia præbuisse visa
sint urbis maxima popularium atque advenarum
crebritate negotiorumque mole æstuantis. Memoria